

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

deuinceret. et omnē gloriā eius principatus auferret. et maximo cornu quod erat in hirci fronte primum significari regē. et ortū quatuor cornuorum illo cadente qui ad quatuor partes terre videbatur aspicere. successionem vniuscuiusque post obitum primi regis dixit annunciare. et diuisionem regni inter eos esse faciendam. dū ille prior nec filios. nec cognatos habiturus eēt multique annis in terrarum orbe esset regnans et ex eis quendam oriri regem. et expugnaturū gentem eius. et leges atque conuersationē pater ablaturum. et templum depredaturum. et sacrificia celebrare. tribus annis esse prohibiturum.

Et hec utique gens nostra sustinuit per antiochum qui appellatus est epiphanes. hoc est per clarus. sicut vidit daniel et ante multos descripsit. que omnia illi deo sibi monstrante describere reliquit. ut legentes et que iam puenere considerantes. credant in honore diuino fuisse danielis. et per hec que sunt ita verissima epichureos errare cognoscant. qui et prouidentiam vite negant. et deum res humanas curare non existimant. neque a beata in corruptibilique substantia pro stabilitate cunctorum gubernari iudicant.

uersa. sed hunc mundum sine rectore. et sine aliqua ferri spore confirmant. Que si ita et sine presule. sicut naues gubernatoribus solatas ventorum violentia submergi conspiciunt. aut currus sine agitatore confringi. ita mundus sine prouidentie regimine olim periret. et perire quassatus. Ego itaque daniel a hec respiciens. valde puto a vera opinione abesse eos qui nullam prouidentiam humanarum rerum dicunt habere deum. Non enim si ponte gererent scilicet illius prophetiam omnia inire conspicerem. Ego siquidem ut de his scripsi et legi. ita conscripsi. Siquis autem vult inuentionem aliam sequi. crimine pro diuersa sententia non habebit.

Et continetur in vndecimo libro iosephi historiarum antiquitatis iudaice. Quomodo ait cirus persarum rex iudeos ab babilonia ad propriam redire terram. et templum reedificare precepit. dās eis pecunias. **Capitulum secundum.** Quomodo prohibuerunt eos presides regis. tēnere reedificare impediētes. **Capitulum tertium.** Quomodo defuncto ciro filius eius cambises accessit regnum interdixit omnino iudeis templum construere. **Capitulum quartum.** Quomodo dardanes rex persarum istis filii honorauit

gentē iudeorū. et templū eius edificauit. **Capitulum v.** Quia post ipsum filius eius xerxes familiariter iudeos tractauit.

Capitulum sextum. Quomodo regnante artaxerxe. gens iudaica pene cuncta deleta est.

Capitulum septimum. Qualiter vagolus dux artaxerxis. iunioris multa in iudeos iniuriosa misit.

Capitulum octauum. Quanta iudeis rex macedonum alexander bona fecit. postquam iudeam obtinuit.

Continet hic liber tempus annorum ducentorum quinquagintatrium. mensium quing.

Incipit liber vndecimus.



Drimo impij anno regis persarū ciri. Qui septuagesimo cōcurrerat. ex die quo nrm populum contigit ex proprijs finibus ad babilonia migre

Iudei redierunt in patriam mittente

miseratus est captiuitatis deus et illius calamitatis infelicium iudeorum. et sicut per hieremiam prophetam ante predixerat quoniam ciuitas euerteretur postquam buierunt nabuchodonosor et nepotibus eius. et hanc sustinuerunt seruitutem per annos fere septuaginta. rursus eos ad propriam restituit terram. et templum reedificare. et preterita frui felicitate decreuit. Concitans igitur animum ciri. fecit eum per omnem asiam scribere. **Cirus rex hec dicit.** Quod me maximus orbis terrarum deus regem constituit. credo hunc esse quem gens israel adorat. Is enim et meum predixit nomen per prophetas. quod templum eius edificaturus essem in hierosolimis in terra iudea. **N**ec autem cognouerat cirus. legens librum quem inter suas predicationes ysaias reliquerat ante ducentesimo et decimo annu. Sic enim in archano predicauerat dixisse deum. Quomodo volo cirum quem multarum et magnarum gentium regem constitui mittere populum meum ad propriam terram. et templum michi construere. **N**ec ysaias predicauerat. ante annos centum et xl. destructionis templi. Quod dum legeret cirus. et miraretur nomen domini impetus eum quidam accepit. ut magnificam scripturam impleret. **C**onuocans autem clarissimos iudeorum. qui babilone habitabant.

Lra Ciri

